



P 4

~~P 4~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

17-49.

SIGNAT. CLVCCCCXIII.

Primam & vltimam dissertatio-
idem qui obtulit ceteras
cum iam in Bibliotheca
Volam. Diss. Veraplo. & it
reperiant, excedit.



כִּירוּחַ

EIPHNOΠOIHΣIZ KENH KAI
MATAIA ΔEΔHΛΩMENH

SIVE
DIATRIBE THEOLOGICA

HOC EXPENDENS PROBLEMA:

UTRUM INTER ECCLE-
SIAM NOSTRAM EVANGELI-
CO-LUTHERANAM & RO-
MANO-PONTIFICIAM

ALIQUA SIT SPERANDA CONJUNCTIO?

QUAM

SACRO-SANCTA ADSPIRANTE TRIADE
SUB PRAESIDIO

DN. CHRISTIANI REUTERI,

SS. THEOL. DOCT. EIUSDEMQUE PARIETER AC METAPH.
PROF. PUBL. ATQUE AD AED. SS. TRIN. PASTORIS.

DOMINI PATRONI AC PRAECEPT. SUI

τημαλφεσάτε, εντιμιωτάτε

AUCTOR DEFENSURUS

ADOLPHUS FRIDERICUS MEYERUS,

LIPSIENSIS, SS. THEOL. STUD.

PUBLICAE PLACIDAEQUE Θεολογώντων συζητήσεως

H. L. Q. C.

EXCUTIENDAM SUBIICIET,

A. D. XXVI. OCTOBR. ANNO clo lxxx XVII

Quo devoti & grati exclamamus:

Hoc anno IVbILeMVs Deo pro LVthero.

*Ad acquisitiones
per se capiendo
tunc har differ-
tiales obtulit
Johann Salusch
Hoyfstadt*

SERVESTAE, Typis JOH. FRID. ERNESTI, Illust. Gymn. Anhalt. Typogr.



Eph. IV. verl. 15.

ΑΛΗΘΕΥΟΝΤΕΣ ΕΝ
ΑΓΑΠΗ.

SERENISS. PRINCEPS ANHALT.

GEORGIUS

beatiff. mem. de auctoribus formulae

INTERIM:

PLUS ODI CONCILIATORES ISTOS,
QUAM APERTOS RELIGIONIS
HOSTES.

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO,
D O M I N O
C A R O L O
W I L H E L M O,
PRINCIPI ANHALTINO,
DUCI SAXONIAE, ANGRIAE ET
VESTPHALIAE, COMITI ASCANIAE,
DOMINO SERVESTAE, BERN-
BURGI, JEVERAE, KNIPHU-
SII, CETERA

DOMINO SUO LONGE CLEMEN-
TISSIMO

PARITER AC

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO,
D O M I N O
J O H A N N I
A U G U S T O,
PRINCIPI HAEREDI,
DUCI SAXONIAE, ANGRIAE ET
WESTPHALIAE, COMITI ASCANIAE,
DOMINO SERVESTAE, BERN-
BURGI, JEVERAE, KNIPHU-
SH, RELIQUA.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

*Levidense hoc sanctioris studii specimen evotae
subjectionis & subjectae devotionis erga curam
facit*

Adolphus Fridericus Meyerus, auct.



בר לרגלי רבך יהוה ואר לנתיבתך

PROOEMIUM.

SI, quanta est momentis ad concordiam Spiritus Sancti opera, tantum esset apud omnes pacis servandae studium, nullus plane dubito, quin & Reipublicae, & Ecclesiae imprimis Christianae, quippe cuius caput est Deus Pacis, 1. Cor. XIV, 33. quam optime consultum foret. Sane neminem, nisi in sacris prorsus alienum, aureum illud ac *ἄσβεστον* fugit Apostoli monitum, quo omnes ille ac singulos, qui a Christo accepere cognomen, ad servandam semper ubique pacem summo cum animi affectu hortatur, quando Romanis suis, nuper in Ecclesiae finum receptis egregium pacis studium, velut *ἀσθαλήν* quandam Christianorum notam, Cap. XII. vers. 18. hisce verbis commendat: *Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων (ἔσε) εἰρηνεύετε;* h. e. *si fieri potest, quantum in vobis est, omnibus cum hominibus vivatis in pace.* Quae quidem Apostoli verba quo sunt pauciora numero, hoc plus in se habent ponderis. Docemur etenim iisdem ac serio monemur, omne studium, omnemque operam eo serio esse adhibendam, ut non in morali tantum & civili consuetudi-

Sincerae Pacis
studium Deo
gratum atque
a Deo manda-
tum.

A 3

118

So oftener?



ne ac familiaritate, sed & maxime in sacris rebus atque ecclesiasticis aureum illud pacis vinculum conservemus integrum. Verum & hic maximam adhibeamus cautionem, oportet. Neque enim eo usque id extendendum est, ac si omne prorsus certamen ex Ecclesiae finibus proscribendum, perpetuaque semper in pace vivendum esset, nequaquam, namque sic non servarem pacem, sed perderemus. Probe igitur tenenda sunt illa verba, quae Apostolus noster haut incassum suo de Pa-
Neque tamen omne bellum sublatum.

Sed contra divinae veritatis hostes masculine fugnandum.

cecolenda adjecit monito: *Εἰ δυνατόν, τὸ ἐξ ὀμῶν*; Si nimirum fieri potest, si ipsa rei & voluntatis divinae conditio id permittit, si in nostris situm est viribus, summo omnino studio pacem amplectamur. Quemadmodum vero satis tritum est illud ververbium, *pacem diutius coli non posse, quam id liceat per vicinum*: Ita etiam in Ecclesia istud omnino suum habet valorem. Quod si enim nefarii quidam pacis turbatores eo prolabantur malitiae, ut divinae ipsi veritati bellum inferant, nulloque pacto alio, nisi ea prorsus abnegata, pacem inire velint, diligenter profecto cavendum est, ne cum hujusmodi malitiae sociis ullum contrahamus pacis commercium. Quid enim hac pace turpius, quid periculosius? Sane *cum haereticis in pace*, (nempe ecclesiastica & spirituali) *vivere*, (verba sunt *Gregor. in Pastor.*) *per inde est, ac cum diabolo inire consortium*. Quando igitur Ecclesiam peti, ejusque libertatem in discrimen vocari, videmus, togam prorsus exuamus, necesse est, sagum induamus, oportet, adprehendamus arma, inchoemus proelium, canamus classicum, & pro divina Veritate, tanquam pro aris & focis masculine dimicemus. *Praestat enim (ait augustissimum illud Ecclesiae Sidus, Augustinus) salvisferam veritatem vel inter pugnas & contradictiones retinere, quam illa amissa, fraudem inter atque mendacium in utramque aurem alta cum quiete dormire.*

Progressio ad instituta,

Hiscē igitur paullo curatius expensis, facilius nunc erit
 judi-

PROOEMIUM.

7

Judicatu, quidnam de illa Quaestione: **UTRUM EC-
 CLESIA NOSTRA CUM PONTIFICIIS PACEM
 INIRE POSSIT, ET NUM ID FORSAN ALI-
 QUANDO SPERARI QUEAT?** sit statuendum.
 Inficias ire equidem non possum, multos jamjam diversis
 saepe temporibus fuisse, qui eandem hanc quaestionem
 non solum adfirmatum ire, haut obscure voluerint,
 verum & reapse non nunquam tentaverint, numne for-
 san aliquo concordiae glutine nostrates cum Pontificiis
 combinari possent. At enim vero ut de interna homi-
 num illorum mente, nemini praeter Deum καρδιολογῶσθην
 cognita jam nihil dicam, certe de intempestiva hac
 eorum ειρηνοποιήσῃ absque ulla invidia adfirmare potero,
 eam insignem quandam προπέτειαν seu animi praecipitan-
 tiam haut obscure redolere, omnesque illos pacificatores
 in toto hoc negotio nec satis pie, nec satis prudenter se
 exhibuisse. Prudentiam quidem eorum Ecclesiasticam de-
 siderabit ille, qui ἀδάμαστα ea ac vere insuperabilia obsta-
 cula, quae istam, quam fingunt, Unionem nunquam per-
 mittent, adcurata mentis trutina expenderit: Pietatis vero
 defectum arguet, quicumque modo innumera ista Papico-
 lae gentis βδελύγματα, quae intempestivi pacificatores illi
 cum divina Veritate conglutinare non erubuerunt, animi
 oculis subjecerit. Quum enim tam perversa ac deformis sit
 Pontificiae illius sedis facies, ut, si scapha scapha est di-
 cenda, non certe aliter, nisi consummatissimum Antichristi
 regnum, auctore ipso Spiritu Sancto, eam liceat adpellare,
 quis quaeso, vel aliquo modo saltem divinae Veritatis amans,
 sceleratam hujusmodi pacem iniverit, quam quidem expe-
 tere, perinde esset, ac lucem cum tenebris, coelum cum
 orco, Christum cum Belial unire velle? Pontificii equidem
 si caelesti cederent Veritati, latissima sane pacis ineundae
 praeberetur ansa; ast cum illi, nescio quibus perciti furis,
 in aeternum id non sint facturi, nullam profecto cum iis
 pacem

Mali pacificatores & contra pietatem & contra prudentiam agunt.

καρδιολογῶσθην

pacem ne fingere quidem, nedum sperare licet. Propterea cum probe nos intelligamus, nullam nos cum iis pacem inire posse, nisi reclamante conscientia tenebras dicamus lucem, certamina potius, quam pacem meditemur, nunquam immemores illius Apostoli 2. Cor. VI. 14. *τίς κοινωνία*
ὡσὶν πὸς σκότους; quae Communio lucis cum tenebris?

Et in eodem hoc argumento meam ego hac vice collocavi opellam, ut vexatum hoc *ἄστυα* pro exiguis ingenii viribus evolvendum suscipere. Meus equidem certo jam praesagit animus, non defore, qui forsari, idque haut sine fundamento iudicaturi sint, me in suscipiendo hoc conatu parum memorem fuisse istius Horatii *de Arte*:

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusens,
Quid valeant humeri;*

Quandoquidem argumentum hocce satis arduum meo non convenire ingenio, ipsemet diffiteri nequeo. Ast cum mihi nondum desint ea, quae ad abalienandam a me audaciae notam interferere potero, spe aliorum minime dubia, me, si non omnes, aliquos saltem aequos huius mei conatus censores esse nacturum. Instans etenim hoc tempus sacrum, quo nostrum ex Pontificia Aegypto illa exitum, summi Numinis adjuvante Gratia, B. autem Lutheri nostri, ceu Moysis cujusdam, ad negotium illud suscitati opera factum celebraturi sumus, tum & strepitus huc dum recentissimus de pace, potissimum mihi ansam praebuit, ut de argumento quodam, temporis rationi quam optime conveniente meditarer. Quo de cum ego mecum deliberarem, inter alia huiusmodi generis illud quoque, in quo versor, argumentum meum subiit animum, quod dein etiam cum S. Rever. Dn. Praesidis consensu publicae Eruditorum *ὁμιλίᾳ* exponendum suscepi. Posteaquam igitur B. quem vis L. demisse humaneque rogavero, ut immaturum hunc exercitati nondum, ingenii foetum aequi bonique
velit

Ratio suscepti
argumens.

velit consulere, dempto verborum circuitu & anfractu, rem ipsam adgredior, ea, qua fieri poterit, brevitate, illius, quae nos inter & Pontificios fingitur, *Unionis moralem impossibilitatem* (sic venia verbo) ostensurus. DEUS TER OPT. MAX. sanctissimi Spiritus sui robore meae succurrat imbecillitati, divinaque Gratiae suae aura hisce meis conatibus sic adspiret, sic opituletur, ut sub tutissima Nominis illius umbra, ad eruendam Veritatem eamque tuendam prospere cedant cuncta ac feliciter!

PRAENOTIONES

ad statum Controversiae.

Quando igitur sub felicibus Summi Numinis auspiciis vela ventis damus, quaedam adhuc, velut in antecessum necessario nobis videntur explicanda, ne, in ipso controversiae statu postea hallucinantes, Andabatarum more incedere videamur. Monenda autem hic nonnulla veniunt tum circa *Subjectum*, tum etiam circa *Praedicatum* quaestionis nostrae. SUBJECTUM quaestionis est duplex, nempe Ecclesia, & nostra Evangelico-Lutherana, & Romano-Pontificia. De illa quidem quod moneamus, nil ferme superest, nisi, eam nullo alio respectu hoc venire nomine, quam ratione *ministerii*, quia summus Ecclesiae suae Moderator ad restaurandam & a fordibus Papalibus purgandam Ecclesiam, B. hunc *Lutherum* nostrum, velut electum quoddam organon ac instrumentum adhibere dignatus est. Quo de vid. ipsum Lutherum *Tom. 2. Wittenberg p. 7. seqq.* & *Tom. 2. Jenens. part. 2. fol. 63. 92. seqq.* it. Henr. Hoepffnerum *in Anal. Quaestionis: ubi Ecclesia Evangelica fuerit ante Lutherum?* conf. Hunnii *Beweis de vocatione Lutheri ad opus reform.* Jo. Mulleri *defens. Luther.* De hac autem, Pontificia scilicet ecclesia probe notandum est, semper distinguendum esse inter Ecclesiam Romanam, quatenus

Explicatur
propositionis
Subiectum.

Ecclesia nostra
quare dicatur
Lutherana.

Vera Notio
Romanae ec-
clesiae, eiusq;
antiquae.

B

ea

ea est *Antiqua ac vere Catholica Ecclesia*, & quatenus est *Papo-Romana*, sive *Coetus malignantium Papistarum*. Ipsa enim ἐν τῷ πλάτῳ sive in tota sua latitudine considerata, in duas hasce partes secari potest ac debet. Distinctam hanc Ecclesiae Rom. considerationem ipsa insinuat Aug. Conf. in Epil. articul. doctrinal. art. 21. p. 19. Haec fere summa est, inquit, doctrinae apud nos, in qua cerni potest, nihil inesse, quod discrepet a Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab **ECCLESIA ROMANA**, quatenus **EX SCRIPTORIBUS NOTA EST**. Ubi per Scriptores ex ratione styli Melanchthonis indicantur antiqui ecclesiae Scriptores, uti quoque in exemplari Teutonico verba sunt: So viel aus der Vater Schrift zu vermercken. Neque id reticendum, pios confessores loqui de Eccl. Romana ex iudicio spei & christianaе charitatis. vid. quae amplius ad istum locum commentatur B. Carpzov. Lips. Isag. in A. C. S. I. M. II. f. 17. Huc pertinet distinctio Protestantium in Comitii Augustanis, qua distinxerunt Ecclesiam Romanam, & Curiam Romanam, quam (prout scilicet non trahitur in abusum, ut hodie fit a Pontificiis aliisque,) valde laudat B. Lutherus Tom. I. Jenens. in cap. I. ad Gal. p. 327. Graphice rem totam describit B. Olearius Lips. haut ita pridem ad meliorem vitam evocatus, quando in Synops. Controv. cum Pontif. Ecclesiam Rom. comparat Jano Romanorum bifronti, quoniam nimirum illa a facie, Christi, a tergo, Antichristi repraesentet imaginem. Non facere possum, quin ex Viris almae Patriae clarissimis addam B. Dn. D. Gumberum, qui integro libello, cui titulus: Fester Grund der Evangelischen Lutherschen Kirche, ostendit, quantum interfit inter antiquam apostolicam veram, contra autem hodiernam Romanam ecclesiam. edit. Lips. 1710. Quodsi igitur priori modo spectetur Eccles. Rom. in quantum illa tabulas matrimoniales, ut August. L. IV. de Symb. ad Catechum, cap. X. Tom. IX. f. 1139. adpellat, h. e. verbum cum sigillis retinet, vera.

vera Dei Ecclesia est, licet tantum *particularis*, sancta Christi sponsa est, nobiscum etiam in omnibus, quae ad fundamentum fidei pertinent, examissim congruit. quo de vid. post Aug. Conf. de Eccles. p. 603 *libror. normal. Noriberg.* B. Lutherus Tom. IV. Jen. Germ. p. 320. & 409. it. Comment. in epist. ad Gal. f. 10 b. itemque omnes fere *γρηγοριω* orthodoxi Theologi, e. g. Aegid. Hunnius in Loc. de Eccl. p. 116. Gerhardus Tom. V. de Eccles. Sect. III. §. 177. Sect. IV. §. 188. Hulfemannus in Extens. Breviar. cap. XVII. §. 8. & 9. Kromayerus Theol. Posit. Pol. de Eccles. th. VII. p. 1021. Conf. omni laude mea major Dn. D. Val. Ern. Loeffcherus, tract. von den geheimen Gerichten Gottes über das Pabstthum. p. 7. seqq. it. ejusdem Decimae, part. I. p. 331. Posteriori vero modo nihil aliud est, quam *Papatus*, Ecclesiae Rom. tanquam vitium & gangraena adhaerens. In hac igitur Quaestione nostra, quando Ecclesiae Romanae fit mentio, nequaquam sane in *Priori* sensu eam accipimus; (hoc enim si modo Eccl. Rom. consideremus, nunquam ab ea nos separavimus, adeoque ut cum illa reduniamur, non est necesse, ut videre hac de re licet B. Hulfemanni Suppl. Breviar. c. XVII. §. 11. p. 313. seqq.) sed *Posteriori* tantum respectu illam intelligimus, quatenus ea nimirum fundamentum fidei excussit, divinam veritatem impuris erroribus suis inquinavit, coelestem doctrinam Papali fermento suo corripuit; brevi: quatenus innumera propter *βδελύγματα* *Ἐκκλησία πονηρευομένων* audit. Pf. XXVI, 7. Ab hac perverfissima Rom. curia, quae non nisi κατ' ἀντίφρασιν Ecclesiae nomine venit, Deo sint Grates! merito nos separavimus, aut eam potius liquimus ire vias suas perditionis, & constitimus in doctrina & via veritatis, morem gerentes monito illi divino: צַדִּיק מִכְבֵּל (Jes. XLVIII, 20.) Et de eadem in hac Quaest. nostra nobis sermo est, num cum illa, quatenus omnium *βδελυγμάτων* est colluvies,

B 2

pacem

Romana E.
nova, & cor-
rupta.

pacem inire & concordiam queamus? quae quidem ad Subject, notasse sufficiat.

De quaestionis
Praedicatione,
mine, scilicet, u-
nionis.

Circa PRAEDICATUM vero quaestionis nostrae, quod *Reunionis* seu *Conjunctionis* vocabulo includitur, id solum notemus, iuvabit, nobis hic non sermonem esse de concordia & pace *Politica*, qualem inter subditos, diversis religionibus addictos Princeps sancire potest, quomodo omnes tres religiones per pacificationem *Osna-brugensem* in S. R. I. sic unitae sunt, ut aequali jure fru- antur, ac libero religionis exercitio gaudeant; sed de pace & *Unione Ecclesiastica*, fraternam contestationem & spiritualem in Christo communionem exigente. Talem vero unionem cum Pontificii Ecclesiae nostrae nunquam sperandam esse, sequenti Thesium ordine uberius deduce- mus, totam hanc opellam nostram in Tria Capita sic dispo- situri, ut primo *GENERALIA* quaedam obstacula, quae om- nem Unionis spem aeriam reddere videntur, exponamus, dein *SPECIALIUS* maximum Ecclesiae nostrae a Ponti- ficii dissensum in fundamentalibus fidei articulis breviter ostendamus, ac denique *SPECIALISSIMA* quaedam, tum de ipsa dissensus illius & controversiae natura, tum etiam de interiori Papalis regni, fere Monarchici conditione, quae huic quoque spei prorsus illudunt, recenseamus.

Ordo tractan-
dorum.

CAPUT. I. DE OBSTACULIS GENERALIBUS.

THES. I.

Obstaculum **I**nter *GENERALIORA* igitur Unionis illius *Obstacula* unionis Gene-
rale primum
est nimia apae
smiscentia.
omnium quam maxime eminent *nimia illa, nullisque pror-
sus limitibus circumscripta Pontificii Romani auctoritas*
atque

atque potestas, quae, velut Achilleum quoddam Pontificiae sedis fulcrum primo omnino loco poni meretur. Valde etenim superfunctorie interiora Papalis regni mysteria eos insexpessisse oportet, qui, de nostra cum Pontificiis unionem cogitantes, inter majoris momenti obstacula controversias de SS Eucharistia primo loco ponendas existimarunt, quamobrem merito nonnulli vapulant a Dn. Pufendorff. in *Jure Feciali divino* p. 56. Sane totius rei cardo hic in nulla alia vertitur disputatione, nisi in hac sola, quae est de auctoritate Papae infallibili. Id fortissimus ille Pontificiae sedis Promachus, Bellarminus disertis ipse prodit verbis, cum Praefat. in lib. de summo Pontif. Etenim de qua re agitur, quaerit, cum de PRIMATU PONTIFICIS agitur? brevissime dicam, respondet, de SUMMA TOTIUS REI CHRISTIANAE; Id enim quaeritur: debeatne Ecclesia diutius consistere, an vero dissolvi & concidere? Nae ista verba satis superque declarant, quanti apud Pontificios sit momenti id dogma, ita quidem, ut idem illud pro papatus fundamentalissimo fidei articulo venditare, papicolae haut erubescant. Vid. eund. Bellarm. lib. III. de Eccl. milit. cap. 2. & 5. item lib. III. de Laic. c. 19. Id quod etiam ex nostratibus probe agnoscit B. Hulfemannus, quando in ind. Manual. Papam vocat caput oecumenicum, ac fundamentalissimum Papisticae fidei articulum, immo solum illius fundamentum.

THES. II.

Quamquam autem ea, quam Papae tribuunt, auctoritas atque potestas variis omnino modis sese exerat, omnes tamen illos sigillatim hic recensendi animus jam mihi non est, quandoquidem, si adcurate de iis omnibus differere velim, non dissertationis, sed grandis ad instar voluminis ea moles adcrederet, qua tamen opera solidissime jam defunctus est Cl. Salmasius lib. *pecul. de Primatu Papae*. Sum-

B 3

mus

illa Papae auctoritas multos habet gradus.

quorum
summus est
ἀναμαρτυ-
σία,

qua Pontifi-
cem Rom.
supra Script.
S. extollunt,

mus autem ac supremus Auctoritatis illius gradus confisfit in ἀναμαρτυρία seu infallibilitate, qua Pontificem suum gaudere jactitant, ex qua dein porro deducunt alia, ut sunt, apud solum Pontificem esse jus ac potestatem convocandi concilia, in iisque praesidendi, solum Pontificem esse caput illud Ecclesiae Oecumenicum, habere supremum dominium in omnes reliquos episcopos ac pastores, & quae sunt alia ejusmodi farinae, quae apud Bellarm. *lib. I. de Concil. c. 12.* Salmeron. *ad c. XV. Acto.* Becan. *in Man. Controv. lib. I. c. IV.* aliosque leguntur. Sed nec intra limites hosce, licet justo jam nimis extensos continet se incredibilis illa papicolarum impudentia, siquidem eo usque illa procedit, ut ἀναμαρτυρίαν hanc Papae sui auctoritatem supra ipsam Scripturam θεόπνευστον extollant, quin & (bilem teneatis o pii!) ad quandam in Ecclesia Vice-Deatum evehere non erubescant. De utroque expressa eorum scripta testantur. Ita enim *Sylv. Priorias*, infensissimus ille Lutheri hostis Auctoritatem Papae disertis omnino verbis Scripturae anteponit, quando in *Dial. contra Luth. n. XLVI. Veniae*, inquit, *sive indulgentiae auctoritate Scripturae nobis non innotuere, sed auctoritate summi Pontificis Romani, QUAE MAJOR EST*, quod pari impudentia asserit *Alphons. de Castro, lib. adversus haereses.*

Inmo ad
quendam in
Ecclef. Vice-
Deatum eve-
hant.

Quam insignem quidem hominum eorum ἀναμαρτυρίαν valde mirarer, nisi majorem adhuc admirationem in me excitarent ea, quae iidem obtusissimi pectoris homines de expresso quodam Pontificis sui in Ecclesia *Vice-Deatu*, more prorsus blasphemico & idololatrico nugantur, uti quidem, si operae pretium facturus essem, e multis eorum scriptis insignem ejusmodi adsertionum farraginem possem coacervare. Reliquis autem omnibus silentii peplo hac vice involutis, vel sola hic nobis sufficiat publica *Concilii Lateranensis* auctoritas, in quo *Julius II. Pontif. Rom.* non modo in *Orat. Sess.*

Seff. I. habita, totius orbis Potentiſſimus Princeps (en mihi ſer-
vum illum ſervorum!) vocatur, ſed & *Seff. IV.* ultra huma-
nam conditionem ſic evehitur, ut alter Deus in terris audi-
at, quae illicita quidem aurium oblectamenta tantum abeſt
ut Pontificibus vel diſplicuerint, vel ab ipsis improbata fu-
erint, ut potius prurientibus omnino auribus eadem avidiſ-
ſime exceperint. Plura autem Pontificiae illius impuden-
tiae monumenta ac teſtimonia qui deſiderat, ſat amplum
eorum numerum collectum reperiet apud Jo. Faes. *tract.*
pecul. de Jubilaeis Pontificum, p. 24. 29. ſqq. Imminuere hoc
crimen quidem conatus H. Grotius in favorem Papiftarum,
ſed contra ipſum adſeruit idem celeberr. Theologus B. Jo.
Frid. Mayerus, in *diſſ. Num dogma Papiftarum ſit: Pontif.*
Rom. eſſe Deum? Lipſ. A. 1672. hab.

Neque hodie remiſerunt aliquid ab idololatria hac
non ſubtili. Epifcopus certe Pontipolitanus in Gallia,
moderatus alias, *Montgailardus* non multis abhinc annis
literis adlocutus eſt Papam, verbis, quae in SS. ſoli alias
Deo tribuuntur: *Venio ad veſtram Sanctitatem, quae*
etiamſi me occiderit, in eam tamen ſperabo: it. cum angelo
DEI colluctor, *non dimiſſurus, niſi prius benedixeritis mihi:*
recordemini miſericordiae veſtrae: &c. Quid? quod ea
ipſa nonnunquam ſcripturae loca, quae de Salvatore no-
ſtro agunt, per horrendam blaſphemiam ad Papam ſuum
adplicare, nulli erubeſcant. Ita enim *Bellarminus* (at
quantum Pontificiorum *Coſoſius!*) *praef. lib. de ſummo Pont.*
illud *Eſaiae cap. XXVIII*, 16. de Meſſia dictum: *ecce ego*
pono in Sion lapidem angularem &c. ad papam adcomodat,
& paullo ante citatum Concil. Lateranenſe hoc ipſum, quod
Salvator de ſolo ſe *θεανθρωπος* Matth. XXVIII, 18. dicit,
datam ſibi eſſe omnem in coelo terraque poteſtatem, Pon-
tifici Rom. (hem quanta blaſphemia!) expreſſe tribuit.

Haec igitur cum ita ſint, nemo ſanemirabitur, ſi Pon-
tificii eo etiam prolabantur dementiae, ut univerſam quo-
que

Eidemque ipſa
Script. ſacrae
loca adplicant;

Atque liber-
rimam pote-
que

statem circa
fidei dogmata
tribuunt;

que Ecclesiam, totamque fidem nostram ac omnia illius dogmata a solo Pontificis sui arbitrio pendere somniant. Quod quidem quam strenue defendant, nemini profecto, qui aliqua saltem eorum scripta vel per transennam inspexerit, ignotum esse poterit. Nonnulli enim eorum eo usque omnes transcendunt verecundiae limites, ut novos etiam fidei articulos condendi potestatem Pontifici suo tributam velint, quorum certe omnium impudentissimus est celebris ille Annalium contextor, *Baronius*, de regno Antichristi, si quis alius, longe meritissimus, qui in *Annal. suis anno CCCLXIII. n. XXI.* hoc modo commentari nullus erubescit: *ex solius Pontificis Romani arbitrio pendet, nova fidei decreta sancire, sancita mutare, omnesque fidei controversias decidere; cui obtusissimi pectoris homini utraque manu adstipulantur Corn. a Lapide, Bellarminus, Becanus, aliique Pontificiorum Samsones, qui hoc Papae circa fidem dominium πὸς τοῦ λαοῦ defendunt*

Quam etiam
testimonio
Script. S. ad
struere sagunt.

Ne tamen falsum hoc suum de Papae auctoritate dogma sine Script. S. auctoritate finxisse videantur, eandem pro stabiliendo hoc figmento suo adducere, nulli erubescunt, quandoquidem Achilleum quoddam argumentum pro infallibili Papae auctoritate Matth. XVI, 18. nancisci sibi videntur, ubi Salvator Petro, peregrinam de Messia confessionem edenti, *Tues*, inquit, *Petrus, & super hanc petram &c.* cuius vim argumenti quam maxime urgent *Baronius, Bellarminus, Maldonatus, Becanus, Salmeron, Tirinus, Abr. Ezovius, Barthold. Niehusius*, aliique Papicolarum hyperaspistae. Verum enim vero quia genuinus ac *synoticus* orthodoxus dicti illius sensus non modo ab antiquis ecclesiae Patribus, sed etiam ab omnibus fere Theologis nostris fatis jamjam tum explicatus, tum a malignis adversariorum detorsionibus ad ravim usque vindicatus est, labore illo facile hic superfedere poterō, loca tantum aliquot indicaturus, quae uberiorem quaerenti suggerunt explicationem. Videtur igitur

igitur ex Patribus, Chrysoft. *comment. in c. XVI. Matth*
 Theophyl. *ibid. Pelus. epist. 225.* Hilar. *lib. 6. de Trin. ex*
 Theol nostris B. D. Quenstedt *Syst. Theol. Tom. II. part. 2. C.*
XV. de Eccles. Gerhard. *T. V. de Eccles. §. 10. 50. 79.* Hunnius
in pelle ovina papat detr. Danhau *in Hodomor. Spir. pap Phant-*
asm. II. p. 565. it in Anti-Christof. Sect. II. art. 9. Tarnov. *ex-*
ercit. p. 1030. Schmid *in Coll. Bibl. P. I. p. 389.* Bechman *Theol.*
Pol. L. V. de Eccl. p. 762. Conf. eruditiss. Casaub. *exerc. XV.*
n. 14. Spanhem. *dissert. I. quatern. an Petrus fuerit Romae?*
 pluresque alii.

Nihilo fecius tamen illi tenebrarum filii ulli parcunt o-
 perae, quo magis fictitiam hanc Pontificis sui auctoritatem
 factam testamque conservent. ^{Quin & quovis modo tuentur.} Eum enim in finem ana-
 thematis fulmine in eos omnes furere non verentur, qui
 vel minimam illi partem detrahere moliantur, quod qui-
 dem vocant *peccatum irremissibile, & blasphemiam in Spi-*
ritum S. vid. B. Affelmanni *Syntagm. Part. I. p. 88.* *pecca-*
tum idololatricum, teste Josepho Hallo *in Rom. irreconcil.*
p. 24. *peccatum contra conscientiam*, sicut horrendum illud
 Bellarmini *Lib. IV. de Pont. Rom. C. V. p. 1262.* dogma est:
Si Papa erraret, praecipiendo vitia, & prohibendo virtutes,
teneretur Ecclesia credere, vitia esse bona, & virtutes
malas, nisi vellet contra conscientiam peccare. O bone
 Deus! quis audire potest talia & non indignari? profecto
 si alia non haberemus, quae, Papam Rom. verum esse
 Antichristum illum, nos edocerent, vel haec sola nobis
 sufficerent.

Proinde quis quaeso tam excordis unquam foret pe-
 ctoris, ut stante hac infallibili Pontificis Rom. auctoritate,
 de nostra & Pontificiorum Unione aliquid saltem velit
 cogitare? nemo sane providus ac circumspectus rerum
 aestimator id sibi persuaserit. ^{Quod quidem maximum unionis obstaculum praebet.} Quodsi enim cum Roma-
 nistis eamus conjunctum, Pontificis auctoritatem aut agno-
 scimus, aut rejicimus. Si agnoscimus, & quidem ex mente

te Papicolarum, actum sane erit de capite nostro, quippe hoc modo, amissa prorsus libertate nostra, sub Papale jugum reducimur, ad eum adorandum, quem tamen ex Scriptura cognoscimus *ἀνομιον, ἀντικείμενον, καὶ ὑπεραιζόμενον ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σεβασμα*, 2. Thest. II, 4. quod sane neminem, cui divina veritas, tot mille periculis parta leviter saltem curae cordique erit, facturum opinor. Sin autem, quod omnino fieri debet, Papalem auctoritatem rejicimus, nullum profecto ne aditum quidem apud Pontificios inveniemus, utpote qui nos omnes, quotquot intolerabile jugum Papale renuimus, tanquam blasphemos pessimosque haereticos angue pejus venenato vitabunt, cum a furibundo Concilio illo Tridentino tot anathematum plaustra in eum sint coniecta, qui vel latum unguem de auctoritate Papae detrahere molitur.

Cardinalis *Hofius* suo tempore: *quicumque tecum, pie Pontifex, non colligit, spargit: qui Christi non est, Anti-Christi est, qui Papista non est, Satanista est*, ut videre licet *Opp. theol. tom. 2. p. 483.* Quae igitur spes Unionis? Ipse *Bellarminus* haur obscure id prodit, quando *Lib. III. de Laic. c. 19.* adversus *Cassandrum* & modernos quoque *Syncretistas, Protestantes*, inquit, *etiamsi cetera omnia cum Papistis credant, conciliari tamen cum his nunquam possunt, quamdiu Romani Episcopi universalem auctoritatem negabunt, eique tanquam Oecumenico Ecclesiae capiti se non submittent.* Ex quibus *Bellarmini* verbis sequens facillime *Dilemma* componimus:

uti
hoc argumen-
to probatur.

Si aliqua inter nos Protestantes ac Pontificios stabiliri debet Unio, aut Papicolae infallibili Pontificis sui auctoritati nuntium mittant, aut Protestantes jugo Papali denuo se subjiciant.

Sed nec Pontificii, salvo Papatu suo id unquam facturi sunt, quia, caeso semel hoc Goliatho, reliqua fictitiorum dogmatum moles tota corrueret; Nec Protestan-
tes

tes abominandum id pactum inire poterunt, quia totam simul veritatem divinam amitterent, & erroribus Pontificiis victi manum darent. Ergo in aeternum nulla sperari potest Unio.

THES. III.

Consideravimus Primum illud Generale obstaculum, Alterum Generale obstaculum unionem illudens. Progre-
 dimur ad *Alterum*, quod non minorem nobis difficultatem praesagit. Illud nimirum fluit ex falsissima hac hypothesis biga: 1) *Dari Ecclesiam visibilem, eandemque infallibilem in orbe terrarum.* 2) *Solam Ecclesiam Romanam esse illam, quae hoc infallibilitatis Privilegio gaudeat.* Quae praepostera Pontificii persuasione imbuti, omnia ea Scripturae loca, quae de Ecclesia Dei, in terris collecta, ejusque auctoritate, sanctitate, constantia &c. agunt, sibi statim adplicant, suaeque Papali curiae (aliter enim deformem illam E. R. adpellare vix licet) soli convenire jactitant, quorum in primis trahunt illud Matth. XVI, 18. uti Bellarm. *Lib. III. de Eccl. milit. c. XIII. & XIV.* mordicus defendit.

Elumbem quoque hanc suam hypothese[m] tunc inprimis in apricum proferunt, quando illimet soli Catholicae Ecclesiae titulo salutari cupiunt. Quod quidem nomen quo jure sibi vindicent, vid. B. Affelman. *Synt. Part. I. p. 676.* & Schertz. *tract. pecul. de Catholicismo.* Quanti vero infallibilem hanc Catholicae Ecclesiae suae auctoritatem illi non solum ipsi faciant, verum & ab aliis fieri velint, sat clare patefaciunt, cum eandem unicam atque solam constituunt omnium controversiarum judicem, quae solo auctoritatis suae gladio omnes in Ecclesia lites dissolvere possit ac debeat. De quo eorum postulato quam luculentissimum omnino testimonium perhibere potest Methodus illa pacificandi *Veronica*, uti Gisb. Voetio passim audit *disp. select. Tom. I. p. 6.*

neque prae-
scriptio.

sqg. seu novum illud *ἔργον*, quod aliquando *Veronius*, Jesuita Parisiensis, & post eum *Niehusius*, *Richelius*, ADR. & Pet. FF. *Wahlenburchii*, aliique similis farinae sequestres ad componendas fidei controversias easque diluendas excogitarunt, cum nimirum per solam auctoritatis viam ubique incedere sategerunt, simulantes, Romanam Ecclesiam suam *antiquo Praescriptionis titulo*, quem in *Jure Civ.* sibi patrocinari opinabantur, dogmata sua possidere, adeoque ab omni probandi onere immunem esse, qua in primis methodo usus est Ill. auctor, *Luc. Opalenius*, Regni Poloniae Marechallus, in lib. cui tit: *Praescriptiones contra haereticos*. At enim vero quam adprime haecce Praescriptionis jura ad religionem quadrent, nec luscus non viderit. Inepte enim *μετάθεσις εἰς ἄλλο γένος* admittitur, dum quaestione Theologicam, quae de divina veritate est, e principio Juridico de possessione rei moraliter certificanda probare sategerunt. Quare *ἀπαίδευτον* illum disputandi modum, qui certe non *Augustino* aut *Tertulliano*, ut illi quidem somniant, sed *Donatistis*, *Ebionitis*, *Cerinthianis*, aliisque nauci hominibus suam revera debet originem, detexit ac solidissime refellit B. Hulfemannus in *dissert. de Praescript.* cui add. Georg. Calixtus in *Digress. de arte nova*.

Sed R. E. hoc modo malitiam ac temeritatem suam prodit.

Quemadmodum vero ridicula hujuscemodi sophismata desperatam Pontificiorum causam satis aperte produunt, utpote qui, Scripturae diffidentes, ad elumbes haecce *μεθόδους* confugiunt: ita etiam effrenatam eorum pertinaciam inde liquido cognoscimus, quae quidem tanta est, ut perverfissimum Papatum suum, tot *βδελυγμάτων* sedem pro vera & sola Dei Ecclesia venditent, ac de corruptissima Romana curia sua multo majori cum temeritate, ac ipsi olim Judaei apostatae, ex Jer. VII, 4. vociferentur: *הכל יהוה הכל יהוה הכל יהוה הכל יהוה*

omnemque

Misera sane Ecclesiae Romanae conditio, quae errores

res fuos ne agnofcere quidem cupit, nedum eos abnegare, fed, uti ingenue confitetur Francisc. a Vict. *Relect. IV. prop. 23. nec mala fua, nec remedia ferre potest.* Profecto fi ex fententia Epicuri apud *Sen. epist. 28. initium falutis est notitia peccati*, quis Romae unquam medelam adferre conabitur, quae, aegrotare fe non poffe, temere magis, quam vere, gloriatur? Quae igitur fpes Unionis? Sane quam futilis & aeria illa fit, fequeas argumentum monftrabit:

Si Proteftantes cum E. R. uniri debent, neceffe est, ut illa errores fuos agnofcat, iisque nuntium mittat.
Sed R. E. id nunquam faciet, quia fe gloriatur infallibilem.

Ergo nulla plane fperanda est Unio.

THES. IV.

Subjiciemus nunc *Tertium* & ultimum Generale Obftaculum, quod desperatam Ecclesiae noftrae cum Pontificis Unionem arguit. Illud nimirum est pessima ista *Concilium* intelligo *Tridentinum*, quod quidem, uti cum rebus obduratis fieri folet, Papatui demum corticem & callum obdixit, confirmavitque Romae tyrannidem. In eo enim non audacior modo facta est Roma, dum priora fua *βδελύγματα* fuma cum pertinacia obfignavit, fed & ita fe adversus omnem veritatem obduravit, ut conclamata exinde Reformationis istius Ecclesiae res fuerit, emiffio anathematis fulmine in puriorem doctrinam & quoscunque ex ea fentientes. Et hujus Concilii fui auctoritatem tanti omnino aestimant Romaniffae, ut omnia istius placita iis vere videantur *θεόπνευστα*, quod quidem vel ex folius *Bellarmini* verbis intelligimus, qui *de num. & effect. Sacram. l. II. c. 25. p. 300.* diferte adfeverare nullus dubitat, *omnia alia decreta, immo totam fidem Christianam ab auctoritate illius Concilii pendere.* Quid autem de eadem Synodo fit judicandum, ne-

de unione
spem abiciunt

prout

hoc argum.
confirmatur,

Tertio genera-
tim unionem
impedit con-
cilium illud
Tridentinum;

quod apud
Pontif. maxi-
mae est aucto-
ritatis,

multorum
fidei
ni
ab

3000

C 3

mo

sed pessimae
formae,

nostraeque U.
nioni quam
plurimum of-
ficiens,
quo de

hoc argum.
testatur.

mo unquam melius detexit, ac celeberr. ille Brunsvic. Theol. B. Chemnitius, qui in lib. cui tit. *Examen Concilii Trident.* totam interiorem ejus formam graphice descripsit, ac tyrannica illius molimina ingenue detexit. Hoc igitur *Concilium Trident.* omnem plane Unionis viam praeculit. Et enim dum istud omnia Pontificiorum dogmata tot anathematum vallo circumdedit, omni profecto spei, quae antehac de emendanda Romana curia in nonnullorum gliscebatur animis, obicem posuit, atque simul effecit, ut post hac aliquam cum Pontificiis unionem tentare, perinde sit, ac Isthmum denuo perfodere. Clarissime haec omnia patefcent, si sequentem in formam ea redegerimus:

Quoruncunque doctrinam Romanensium cætus tot anathematum millibus devovit; illi cum Romanistis uniri nunquam poterunt.

A. *Nostratum doctrina ea est, quam Romanenses in furibundo Concil. illo Trident tot. anathematum fulminibus ad Acheronta condemnarunt.*

E. *Nulla nobis cum iis unio nec optanda, nedum speranda est.*

Major sua luce radiat. Minorem non negabit, quicumque Concilii istius placita atque canones vel fugitivo saltem oculo adspexerit.

CAPUT II.

DE OBSTACULIS SPECIALIBUS.

THES. I.

Obstaculum
Speciale est
dissensus in
fide, ac funda-

Posteaquam igitur Generalia obstacula ista, quae omnem nostrae cum Pontificiis Unionis spem praecidunt, paulo curatori mentis lance trutinavimus, ad **SPECIALIORA**
nunc

nunc accedemus argumenta, quibus *maximum & enormem Pontificiorum a nobis diffensum in palmaris ac fundamentalibus fidei articulis* ostendemus, insignem dein Unionis illius difficultatem elicientes. Quaecunque enim utrinque de aliqua in fundamento fidei convenientia nonnunquam somniantur, aut nugae sunt, aut fallaciae, quae, si paullo expendantur solidius, nemini non facillime innotescunt.

Speciosa quidem sunt admodum, quae subtilis ille *εργαστηριος*, Godofr. Volufius, Ecclesiast. Mogunt. in lib. cui tit. *Aurora Pacis religiosae*, p. 1. 2. sqq. astute magis, quam vere profert, expresse scribens, *Pontificiis cum Evangelicis in ipso fidei fundamento ex asse convenire*, quod ulterius probaturus, triplex constituit fidei fundamentum, nempe I. *Salvationis*, quorsum refert doctrinam de Christo Redemptore, & quae cum illa collimant. II. *Instructionis*, quod de Scriptura S explicat. III. *Adplicationis*, quod universam doctrinam de Gratia DEI complecti docet. In toto hoc fidei fundamento amicum Protestantium ac Pontificiorum consensum probare fatagit, quod etiam singulis fere paginis exclamat. Sed verba sunt, praeterea que nihil. Vox quidem Jacobi; at manus Esavi: Os Lutheranorum; mens Pontificiorum. Quare cum hic loci maxime id postulari videatur, ut fundamentalis Pontificiorum a nobis diffensus comprobetur, de eodem hoc argumento, quantum quidem pagellarum angustia permittet, brevissime quaedam delibabo, ostensurus, Pontificios in praecipuis ac palmaris fidei articulis enormes fovere errores, adeoque in ipso fidei fundamento nobiscum nullo modo convenire. Ipsam autem *Volufii methodum*, qua fundamentum fidei divisit, retinebo: ut omnes intempestivi ejusmodi *εργαστηριος* proprio suo gladio jugulentur, atque cognoscant, in ipso fidei fundamento, tum *Instructionis*, tum *Salvationis*, tum *Adplicationis* nos ab iis toto omnino caelo differre.

THES.

THES. II.

Dissensus est
in fundamen-
to Instructio-
nis, five doctri-
nali;

Primum igitur Fidei nostrae Fundamentum, quod a Volu-
sio vocatur Fundamentum INSTRUCTIONIS, est
Scriptura Sacra, quae alias a Theologis nostris vocatur Fun-
damentum Dogmaticum. Eam autem ad fundamentum
fidei, quantum ad *Instructionem*, necessario pertinere, ne-
mo unquam negaverit, nisi forte is, cui, totum fidei no-
strae fundamentum funditus evertendi animus est, quando-
quidem eandem pro solo fidei nostrae *ῥημῆρια* agnoscit A-
postolus, Eph. II, 20. quam etiam ipse Salvator cuius sedu-
lo commendat Joh. V, 30. Et in hoc quidem Fundamento
Pontificiis cum Evangelicis unam eandemque mentem esse,
Volusius cum aliis adfirmat *l. c. p. 5. 6. sqq.* sed quo jure, mox
elucebit. Ut enim hac vice reliquos eorum de hoc articulo
errores sicco, ut ajunt, pede transiliam, *quinque* tantum
illas, quae a Theologis nostris constituuntur, *Scripturae*
quod attinet
Scripturae
Adfectiones brevissime percurram, ad easque totam deinceps
Pontificiorum de hoc articulo doctrinam sub examen re-
vocabo.

I.
Auctoritatem.

I. *Prima* igitur Scripturae S. Adfectio est *Auctoritas*,
quae ex communi Orthodoxae Ecclesiae nostrae sententia
divinam immediate habet originem, & a sola *ῥεοπνευσία*,
non autem ab ulla humana, ne Ecclesiae quidem auctoritate
aut testimonio dependet. Hoc autem tantum abest, ut
Pontificii nobiscum uno ore confiteantur, ut potius, si fal-
sas eorum hypotheses consideremus, Scripturam S. omni-
prorsus auctoritate sua priverent, blasphemae adferentes, au-
ctoritatem Scripturae non immediate a Deo, sed ab Eccle-
sia, h. e. a Pontifice Rom. vel ex toto, vel maximam partem
pendere, sicut expressè impia illa ac temeraria *Andradii* vox
est, qui *lib. II. defens. Conc. Trid. f. 150. nil divinitatis inesse di-*
cit Scripturae, nisi quantum acceperit ab Ecclesia; cui sub-
scribit Jo. Eckius in *Enchir. c. de auctorit. Eccl. resp. ad 3.*
obj.

obj. *Scriptura*, inquit, non est authentica sine auctoritate Ecclesiae. Sed divinae huic Scripturae auctoritati malignum illud Pontificiorum *συναγος* non majus unquam detrimentum adferre possit, quam cum *Traditiones suas non scriptas*, quae tamen albae an atrae sint originis, nescimus, cum ea conjungunt, easque vel pari, vel majori etiam auctoritate, ac ipsam Scripturam S. gaudere blaterant, uti quidem expresse Bellarm. *lib. IV. de V. D. c. 4. non aliunde*, inquit, *habemus, Scripturam esse divinam, & qui sint libri sacri, quam ex Traditione non scripta.* Ergo ex mente Pontificiorum Auctoritas Scripturae non pendet a *Ἱεραρχία*, sed a Traditionibus, cui tamen reclamant ipsa Scripturae S. testimonia, Hof. XII, 10. Luc. I, 70. 2. Petr. I, 21. 2. Tim. III, 16. &c.

II. Altera Scripturae Adfectio est *Perfectio* seu *Integritas*, eaque & *partium* & *fidei*, qua docemus, Scripturam Canonicam non modo in partibus suis, nullo deperdito e canone libro sacro, ad nostra usque tempora pervenisse integram, verum & omnia, quaecunque ad consequendam salutem scitu credituque sint necessaria, in eadem perfectissime contineri. Hoc autem Pontificii non impugnant solummodo, verum & prorsus negant, blasphemantes, Scripturam S. injuria temporis maximam partem mutilam fuisse factam atque mancā, adeoque non omnia fidei dogmata in illa contineri, sed necessitatem postulare, ut Traditionum suarum lacinias ad refarciendas ejusdem lacunas illi adfuant. Ita Concil. Trid. *Sess. IV. can. I.* Bellarm. *lib. IV. de V. D. c. 3 & 4.* Baron. *Annal. Tom. I anno 53 n. 11.* sed blasphemam hanc eorum linguam prorsus elinguem reddit ipsa vox divina, Deuter. IV, 2 & *Ἱεραρχία* Apostoli testimonium 2. Tim. III, 15. 16.

III. Tertia Scripturae S. Adfectio ab orthodoxa Ecclesia nostra vocatur *Perpicuitas*, eam nimirum in omnibus iis, quae ad fidem salvificam pertineant, ita clarā esse ac

2.
Perfectionem
internam &
externam.

3.
Perpicuitatem.

D

per-

perspicuam, ut a quovis, qui pia mente ad illam accedat, intelligi queat, quod prob. 2. Petr. I, 19. Pf. CXIX, 105. Pf. XIX, 9. &c. Pontificii contra de hac Scripturae Perspicuitate tam inique sentiunt, ut in ipso hoc divino lumine Aegyptiacas paene tenebras deprehendere, sibi videantur, noctuarum more ac vespertilionum, quibus, meridiana lucis lucifugis clarissimus ipse sol perpetuo est tenebricosus. Malesanam hanc suam de Scriptura opinionem sat clare aperunt, quando expresse illam perpetuae cujusdam obscuritatis arguunt, multis eam tricis involutam dicunt, multaque in ea saepe ἀλυτα, ἀποπροφανῆ & ἐναντιοφανῆ, insolubilia & aenigmatice dicta, non nunquam etiam sibi invicem repugnantia reperiri somniant, quae quidem intellectum humanum multis omnino parasangis transcendunt, uti leguntur talia apud Cromerum, *lib. de falsa Luth. religione p. 48.* Bellarm. *lib. III. de V. D. c. I.* Becan. *in Man. L. I. c. I.* Quapropter etiam Pontificii Laicis, h. e. omnibus extra clericorum ordinem viventibus lectione Scripturae absolute interdicitur, parum admodum memores mandati illius divini, *Jes. XXXIV, 16.* מעל ספר ידועה *cui in N. T. τὸ ἐγευνάτε, Joh. V, 39.* respondet.

4.
Efficaciam,

IV. Quarta Scripturae S. Adfectio est *Efficacia*, qua docemus, eam vere divinam habere virtutem, atque intrinsecam quandam ἐνεργεῖαν homines illuminandi, convertendi ac salvandi, uti prob. *Hebr. IV, 12.* *Rom. I, 16.* *1. Petr. I, 23.* Propriam vero hanc Scripturae Efficaciam Pontificii haut leviter infringunt, quando, more prorsus Fanatico & Enthusiastico efficacem Spiritus S. operationem ab externa verbi praedicatione distinguere ac separare satagunt, uti Bellarm. *Lib. I. de Grat. & Lib. Arbit. cap. XIII, col. 510.* *Externa, inquit, concio solum proponit obiectum, sed non infundit lumen menti, ad illud cognoscendum, nec adspirat adfectum ad illud diligendum.* cum quo conf. *Toletus in c. VI. Job. annot. 23.* *Tostatus in c. XXI. Matth. quae est. 25.*

V. Quin-

sili. **¶ Quinta** demum Scripturae S. Adfectio ex catho-
 lica Ecclesiae nostrae sententia in eo consistit, ut Scriptura ^{5.} Judicandi,
 sit habenda communis atque authentica illa *Judex*, seu vox ^{vim.}
potius summi Judicis coelestis, Spiritus S. adeoque unica
ista regula & norma, secundum quam, velut ad lydium
quendam lapidem omnes fidei controversiae examinari
debeant ac decidi, id quod a nobis prob. tum dictis Scri-
pturae, Joh. XII, 48. Ebr. IV, 12. tum etiam Exemplis, &
Christi ipsius, Matth. IV, 7. XIX, 4. XXII, 29. & Apostolo-
rum, Act. II, 25. & aliorum fidelium, Act. XVII, 11. Hanc
vero Scripturae S. ιδιότυπα Pontificii susque leque habent.
 Dum enim plenissimam omnes fidei controversias deci-
 dendi potestatem non penes Scripturam, sed penes Eccle-
 siam esse volunt, uti supra Th. II. & III. demonstratum fuit,
 Scripturam S. hoc jure prorsus spoliant. Id expresse
 adserit Lorichius in *Portali. haeres. V. de Script. impossibile*
est, inquit, *Scripturam ipsammet esse dubiorum de fide*
& religione judicem. Omnium autem sceleratissima ac
 blasphema vox fuit Romanensium in *Colloqu. Wormat.*
Sess. III. Scripturam non esse vocem judicis, sed materiam
litis. Quod pari impietate profert Serarius *Prolegom. X.*
quaest. 2. propos. 1. & 5.

Haec igitur satis abunde confirmant, quantopere
 Pontificii in hoc articulo a nobis dissentiant, ita ut ne uni-
 cum quidem fundamentalis cujusdam consensus vestigium
 hic deprehendi queat.

THES. III.

Sed progredimur ad *Secundum* Fidei nostrae Funda-
 mentum, nempe SALVATIONIS, quod gravissi-
 mo Article isto *de Christo Redemptore* absolvitur, utpote
 qui, uti solus πίστεως ἡμῶν ἀρχηγὸς καὶ τελειωτής, Ebr. XII,
 12. ita & omnino primum ac imum fidei nostrae fundamen-

Dissensus est
 in fundamen-
 to Salvationis,
 sive Essentia,

rum jure meritoque vocatur 1. Cor. III, II. Hic idem ille *Volufius l. c.* stentorea quasi voce exclamat, Ecclesiam suam in toto hoc Articulo nobiscum adeo in unum consentire, ut ne minimam quidem alicujus dissensus speciem vel Argus aliquis centoculus animadvertere queat, quod etiam *Jo. Dez, Jesuita Argentin. in, de Reunione Protestantium cum Eccl. Rom.* eodem fucio nobis persuadere molitur. At ubi modo larvatam hanc adversae partis faciem paullo curatius adspexerimus, luculenter satis intelligemus, cujus haec vox fit toni. Meus quidem animus in eo hic non versatur, ut comes ac singulas, aut praecipuas saltem illas, quae nobis in hoc articulo cum Pontificiis intercedunt, controversias recenseam ac refutem, quandoquidem illud a multis Ecclesiae nostrae heroibus tam solidissime jamjam est exhaustum, ut oceano guttam adfusurus, atque post Homerum Iliada scripturus viderer, si meam huc impenderem opellam; sed istud solummodo in praesenti suscipiam, ut geminam hancce quaestionem examinem, an videlicet Pontificii *Totum* Christum, eundemque *Solum* pro Redemptore ac Mediatore suo agnoscant. Nos utrumque hoc credere ac docere tenemur; Pontificii autem pro more utrumque suo adulterarunt fermento. Tantum enim abest, ut illi *totum* Christum secundum divinam atque humanam naturam pro Redemptore & Mediatore suo agnoscant, ut potius utramque heterodoxe a se invicem separent, atque eum secundum *Humanam solummodo naturam* Mediatorem constituent.

Ita namque Bellarminus *lib. V. de Christo, c. I. & II.* expressè docet, *Christum secundum Humanam tantum naturam Mediatoris operam praestitisse.* & *ibid cap. V.* aliter sentientibus haereticorum notam inurit. Eadem professerunt Thomas *disp. LXXXIII, c. 3.* Suarez *Tom. V. Comm. in Thom. part. III. disp. 46. sect. 2.* in quo *Lombardi sui, lib. III. sentent. dist. XIX. lit. G.* presserunt vestigia, qui, uti ex

Hist.

quia nimirum
Pontificii
Christum

neque Totum,

Hist. Eccl. liquet, omnium primus errorem illum disseminavit. Tanti autem omnino momenti est heterodoxum id dogma, ut totum fere Mediatorium Christi officium ertat, utpote cum necessaria haec fuerit Mediatoris conditio, ut ille esset *θεοειδής*, divinamque simul & humanam haberet naturam. Quo de vid. D. Jo. Wigandi *tract. de Stancarismo lib. I. & II. & S. Rev. Dn. Praesidis tractat. pecul. de Foederibus & Testamentis divinis part. I. c. II. §. 5. p. 42. seqq.*

Neque etiam Solum Christum pro Mediatore suo agnoscere possunt Pontificii, cum tot alios coadjutores & coadjutores illi substituant, atque sic plenarium eius meritum turpissime blasphemant. Ita enim Bellarm. *lib. I. de Indulg. c. 4. Sanctos etiam Redemptores nostros quodammodo vocari posse, satis impudenter adserit.* Et Becan. *in Opusc. de Invoc. Sanct. qu. 9. n. 3. & 4. diserte exprimit, Christum quidem vocari Mediatorem nostrum unicum, non vero solum, nam Sanctos etiam Mediatore nostros esse, licet tantum secundarios.* At omnes verecundiae limites transiliunt impudentes illi Jesuitae, quando Mariam inprimis *θεοτόκον* Redemptricem ac Mediatricem generis humani expresse vocare, nulli erubescunt, uti blasphemum illud Salmeronis *Tom. X. tractat. 41. est: Maria stetit sub cruce, ut esset coadjutrix liberationis & corredemptrix, quemadmodum Eva unacum Adam malum invexit.* Innumera hujus generis proferunt Alberri M. *Biblia Mariana*, quae omnia fere Scripturae contenta Mariae adplicant. it. Bonaventurae *Psalterium Marianum*, in quo omnia de Messia vaticinia ad Mariam blasphemae transferuntur, quorum adducit aliqua D. Mayerus *in disp. de Theologia Mariana, p. 16. sqq.* Quid? quod nonnulli eo prolabantur dementiae, ut Mariam suam ipsi Christo Redemptori *θεοειδής* non modo adjungant, verum & eidem (quis majorem audivit blasphemiam?) diserte anteponant, illique expressum quoddam regimen in

neque Solum
pro Mediatore
suo agnoscunt.

Redemptorem tribuant, uti scelestissimum illud carmen docet, quod teste Cassandro apud Jos. Hall. in Rom. Irreconc. p. 115. nonnullis in Ecclesiis publice decantatur, hujus formae:

O felix Puerpera,
 Nostra pians scelera,
 Jure matris impera
 Redemptori.

Quae quidem satis aperte testantur, perfectissimum Salvatoris nostri meritum blasphemis hujusmodi Pontificiorum dogmatibus plane exauctorari, nostramque Ecclesiam in Fundamentalissimo hoc fidei articulo cum iis nequaquam consentire.

THES. IV.

Dissensus est
 denique in
 fundamento
 Adplicationis
 seu Instru-
 mentali.

id quod prob.
 ex artic. de
 Justificatione,
 & quid, quod
 attinet ad Ju-
 stificationis
 Causam

REstat denique, ut *Tertium* quoque Fidei nostrae Fundamentum, nempe ADPLICATIONIS, quorsum universa doctrina de *Gratia Dei per Christum facta* est referenda, breviter attingamus, simulque examinemus, quantum in eo Pontificii a nobis dissentiant. Quamquam enim *Volusus* saepe jam citatus l. c. p. 16. 17. & sqq. in tota hac doctrina manifestum plane consensum inter Protestantas ac Pontificios effingere conatur, longe aliam tamen rationem deprehendemus, ubi modo praecipua eorum dogmata paulo curatori anatomiae subjecerimus. Quoniam vero & temporis & chartae angustia exclusus, circa omnes Gratiae divinae actus, e.g. Vocationem, Regenerationem, Renovationem, Praedestinationem &c. occupatus esse non potero, unicum tantum illum Gratiae divinae Actum, qui in *Justificatione* nostra se exerit, brevissimum ad examen revocabo. In Fundamentalium autem hoc fidei Articulo, qui totius omnino salutis nostrae *Βάσις* audit & *ἀκρόπολις*, quantum a saniori doctrina recedant Pontificii, luculenter satis intelligemus, si in praecipuis *Justificationis Causis* no-
 stra

stra eorumque dogmata paucis inter se invicem conferamus.

Ad Primam igitur Justificationis causam, nempe *Formalem* quod attinet, de ea quidem nobis cum Pontificiis tot ac tantae intercedunt controversiae, ut B. Hutterus in *Loc. Major. Loc. XIII. de Justif. contro. Spec. IV. f. 473.* rectissime observet, *totam dogmatici hujus belli sedem in ista latere.* Nostra etenim Ecclesia Justificationis Formam in *Genere* definit esse *Efficientiam* quandam certae alicujus in peccatore mutationis, non *Physicae* quidem, sed *Moralis*, uti loquitur B. D. Koenig in *Theol. Posit. p. 206.* In specie vero eam describimus vel *negativa* seu *Privative*, per non-imputationem sive remissionem peccatorum & injustitiae nostrae; vel *positivae* seu *Positive* per *λογισμὸν* sive imputationem Justitiae Christi, quod utrumque fundatur in sacris literis, Pl. XXXII, 1-2. Rom. III, 25. 2. Cor. V, 21. Phil. III, 9. &c. Pontificii autem totam hanc Justificationis formam perverse immutant, eamque statuunt esse *Physicam* quandam *justitiae infusionem*, de qua etiam vocabula ista, & sacris literis hoc in articulo adhiberi solita, nempe Hebraeum קריה, Graecum *δικαιοσύνη* & *δικαιοσύνη*, & Latinum inprimis *τὸ Justificare*, explicant, uti Becanus docet *part. II. Theol. Scholast. tract. 2. c. 4. de Justif.* Hinc Bellarminus *lib. II. de Justif. c. VIII. arg. 4. Fieri non potest*, inquit, *ut justitia Christi nobis imputetur.* & Concil. Trident. *Sess. VI. can. X. anathema dicit cuius, qui dixerit, homines per justitiam Christi formaliter justos esse.*

Porro de *Meritoria* Justificationis nostrae Causa docemus, eam nullam esse aliam, quam *plenissimam Christi Justitiam*, & sufficientissimum illius meritum, pro nobis praestitum, Ef. LIII, 4. *sqq.* Rom. III, 24-25. 2. Cor. V, 21. &c. ubi omne alienum meritum, sive ex toto, sive ex parte, sive de congruo, sive de condigno, sive de rigore, sive *κατ' ἐπιείκειαν*, penitus excludimus, Pontificii autem per-

perfectissimo huic Christi merito laceras operum fuorum lacinias adfunt, quasi vero plenarium Christi meritum ad consequendam iustitiam non sufficeret, nisi & illi humanum meritum suum, quo tamen nil praeter mortem ac infernum merentur, adungerent. vid. Bellarm. *lib. I. de Justif. cap. XXI.* item *lib. II. de Poenit. cap. XII. §. 4.* qui ad stabilendum suum congrui meritum omnem movet lapidem.

3. Organicam.

Denique de Caussa Organica sive Instrumentali Justificationis nostra defendit Ecclesia, nullum aliud ex parte hominis *ὄργανον ληπτικόν* esse, quo meritum Christi & iustitiam illius imputatam adprehendere queat, quam *solam fidem*, Rom. III, 22-25. Gal. II, 16. Phil. III, 9. &c. quo de vid. A. C. *art. IV. & V.* & B. Carpzov. *Isag. ad A. C. Art. IV. p. 206.* Pontificii autem prorsus negant, fidem in Justificatione se habere, ut instrumentum aut organum *παραληπτικόν*, sed eandem potius ut qualitatem & virtutem nobis inhaerentem, justificare, docent, de quo Bellarm. *Tom. IV. lib. I. de Justif. c. XVII.* Adeoque fides justificans Pontificiis nihil est aliud, ac ipsa Charitas, seu infusus quidam habitus, non ex merito Christi, sed ex proprio hominum merito & operibus Justificationem impetrans, uti Becanus docet *p. II. Theol. Schol. tract. 4. & Concil. Trident. confirmat Sess. VI. can. 8.* quem tamen errorem Pontificium, quo fidem & charitatem veteratorie confundunt, acutissime taxavit ac solidissime refellit *S. Rev. Dn. Praefes* in lib. sup. cit. *de Foed. & Testam. div. Part. I. cap. II. §. XV. p. 83. seqq. & p. 87. seqq.* it. in dissert. ab ipso hab. *de formulis caute loquendi circa fidem*, §. 7. 8. 9. Haec igitur satis superque declarant, quam enormiter Pontificii in Tertio hoc fidei Fundamento, & imprimis in palmario praecipuoque Gratiae divinae Actu, nempe Justificatione a veritate divina aberrant.

THES.

THES. V.

Idem quoque faciunt in doctrina de *Mediis Gratiae divinae*, quae illam offerunt atque obfignant. Media ista sunt *Verbum & Sacramenta*. Quantos Pontificii de verbo Dei errores foveant, jam in Anteced. ostensum fuit, ubi de Scriptura S. Th. VII. egimus. Doctrinam autem de *Sacramentis* plane corrumpunt. Namque ut in genere de multiplicato Sacramentorum numero, quem ad septenarium usque evexerunt, hic nihil dicam, ipsa in specie doctrina de *S. Baptismo & SS. Eucharistia* clarissima omnino voce testantur, quam inique a Pontificiis Papali fermento sit inquinata. Ac de Baptismo quidem satis luculenter ostendit B. D. Dorscheus *dissert. ad cap. IV. Exodi, §. 1. 2. seqq. it. §. 16. seqq.* plurimas Pontificiorum hypotheses totam fere orthodoxam de hoc Sacramento doctrinam funditus evertere, quod etiam praestitit B. Olearius in *disp. cuius rubrum: Papista non baptizatus*. In Articulo autem de SS. Eucharistia, quam gravissime Pontificii veritatem divinam oppugnent, ne tenerrimis quidem Catechumenis nostris ignotum est, quandoquidem crassissimi eorum sunt errores illi de *Transsubstantiatione*, de *Subtractione calicis*, & de *Sacrificio Missae*, qui quidem tanti omnino sunt momenti, ut maximum inter nos illosque dissensum faciant, sicut de *illo* ostenderunt D. Jo. Meisnerus in *dissert. de Capernaismo c. III. §. 9. seqq.* it. Geörg Calixtus *tract. pecul. de Transsubstantiatione: de isto* D. Jo. Musaeus *binis dissert. de communionem sub utraque* it. Feurborn. in *syntagm. p. II. dissert. XIII p. 333. ad 410. de hoc* D. Dorscheus *tract. pecul. de Missa Pontificia*, it. B. Dannhauerus *Hodomor. Spiritus Papaei phantasm. X. p. 580. seqq.*

Ex his igitur, quae *ως εν ουνο* huc usque fuere prolata, vel sole ipso meridiano clarius patescit, omnem prorsus consensum illum, qui inter nos & Pontificios in ipso

Dissentius
idem circa
Media salutis,
& quidem
quod attinet
ad verbum Dei,
ad Sacramenta
in genere,

in specie vero
ad S. Bapti-
smum,

& S. Euchari-
stiam.

qui fundamen-
talis quidem
dissensus ma-
ximum unie-

E

ipso

nis nostrae est ipso *Fidei Fundamento* effingitur, merum esse intempesti-
 vorum quorundam ^{ei generis} commentum. Et si quidem
 ex Pontificiorum coetu aliqui surgunt, qui fundamenta-
 lem inter nos & illos fidei consensum somniant, & nil, nisi
 Unionem quandam blaterant, mirandum quidem id tan-
 topere non est, quid mirum enim, si filii tenebrarum lu-
 cis expetunt commercium? Quando vero ex ipso Eccle-
 siae nostrae gremio ejusmodi homines prodeunt, qui fun-
 damentales inter nos & Pontificios controversias paullatim
 elevare, ac de ecclesiastica quadam inter nos & illos Uni-
 one garrere, non erubescunt, id omnino admiratione di-
 gnum est. Quapropter non satis mirari possum, quidnam
 D. Jo. Fabricium, Professorem Helmstedtensem, Virum
 ceteroqui haut vulgariter doctum superioribus annis com-
 moverit, ut, sicut in aliis, ita maxime in libro, cui titu-
 fecit: *Consideratio variarum controversiarum*, eas, quae
 nos inter & Pontificios ventilantur, controversias more
 prorsus non orthodoxo tantopere imminuerit ac elevarit,
 ita quidem, ac si Ecclesia nostra in ipso fidei fundamento
 cum iis ex asse conveniret, ac nihil plane controversi si-
 peresset, nisi in externis solummodo ritibus & ceremo-
 niis, e. g. de missa, purgatorio, invocatione sanctorum &c.
 quae tamen ita comparatae essent, ut salva conscientia,
 velut res quaedam adiaphorae, vel recipi, vel tolerari,
 vel libero cujuslibet arbitrio relinqui possent, prout *l. c.*
p. 243. usque ad 484. hanc mentem suam sat aperte prodit.
 In quo tamen acerrime refutatus est a Theologis *Ulmensibus*,
Rostochiensibus, inprimis etiam a Dn. D. *Loescherò*,
 Dresd. item ab *Etsardo*, *Jo. Frickio*, nec non ab aliquo,
 qui nomen gerere voluit *Jo. Guil. Montgalli*, cujus memi-
 nit *D. Fecht.* in disput. *de Invoc. Sanctor.* p. 23 seqq. Quin &
 ipsi quoque aperti *Anglorum Theologi* subdolis huius *Fabri-*
cii machinationibus ita sunt commoti, ut ad Germanos feri-
 pserint,

Quod contra
 Fabricium,
 Prof. Helmst.
 integriores
 Theologi de-
 monstrarunt.

perferint, quid rerum suscipere ista, & quare Papatui patulas denuo aperirent januas?

Intempestiva etenim ejusmodi *επινοησις* pio & circumspetto Theologo minime digna est, quandoquidem ea syncretificum quoddam pacis studium haut obscure redolet. Multo verius profecto ac prudentius sentit pientissimus ille Theologo-Politicus, *B. Pufendorfus*, qui in elegantiss. tract. cui tit. *Jus sociale divinum*, p. 46. 49. seqq. pessime agere, inquit, eos theologos, qui controversias illas inter nos & Pontificios elevent atque minuant, velut quas componere, non adeo arduum sit, cum tamen omnino sit manifestum, nos cum Pontificiis in ipso fidei fundamento nequam convenire, adeoque intempestivos illos pacificatores apertum quandam Samaritanismum haut obscure in ecclesiam introducere. Digna sane tanto Politico vox, quae, quam proxime veritati accedat, sat luculenter est expositum, ubi de *Fundamentali dissensu in palmaris fidei articulis* ex instituto disleriui. Facillimo equidem negotio per omnes ac singulos fidei articulos *Fundamentalem Pontificiorum a nobis dissensum* explicare possem; at mihi nec libet nec licet esse tam diffusum, quandoquidem per pauca haecce, quae adduxi, Theses meae veritatem satis aperte cuivis demonstrabunt, cui

de meliore luto fixit praecordia Titan.

Quare in praesenti nil amplius adjiciendum existimo, nisi ut omnia ista sequentem in formam redigam:

Quaecunque Doctrina cum Ecclesia nostra uniri debet, illa in Fundamento Fidei nobiscum consentiat, neque se est. id quod hoc, etiam argum. evincit,

Sed Pontificiorum doctrina in Fundamento Fidei nullo modo nobiscum consentit.

Ergo & illa in Ecclesiam nostram nunquam recipi aut cum ista uniri poterit.

Major nulla indiget luce. Minorem corroborant Theses Antecedentes.

E 2

CAPUT.

CAPUT III.

DE OBSTACULIS
SPECIALISSIMIS.

THES. I.

Obstacula Specialissima sunt per quam multa, quorum tamen primum ac praecipuum est

Statificam Pontificiorum latere, sive emolumenta eorum Politica,

quibus

Nunc ad *Ultimam* dissertationis nostrae Partem festinandi contendimus, SPECIALISSIMA quaedam impedimenta adlaturi, quae nostrae cum Pontificiis Unioni remoram injiciunt, quin & eidem prorsus refragantur. Et primo quidem omnino loco monendum id est, leas controversias, quae a Pontificiis nobiscum ventilantur, non tam fidei *dogmata*, quam Politica potius *emolumenta* attingere. Quemadmodum igitur illae Controversiae, quae in solis fidei dogmatibus versantur, multo facilius ac felicius tolli possunt, quam istae, ubi obtentu dogmatum de emolumento aliquo, puta de *imperio*, *potentia* atque *opibus* certatur: ita quilibet facillime intelligit, quanta omnino in abolendis iis, quae nobis cum Pontificiis intercedunt, controversiis difficultas occurrat. Totam hanc rem solidissime exposuit Ill. Pufendorfius in *Jure Feicali divino* p. 26. *sqq.* atque simul ostendit, controversias illas inter nos & Pontificios hoc difficilius tolli posse, quo magis Politica eorum emolumenta ab iisdem pendeant. Et revera sic est. Nemo etenim, qui mediocrem saltem Papatus notitiam habet, unquam sibi persuaserit, Pontificiis, quando nobiscum de religione disceptant, divinam veritatem ac sacra dogmata curae cordique esse, cum id potius sit in propatulo, ad sola ferme emolumenta politica, nempe Papalis curiae suae imperium, potentiam atque opes animos eorum esse attentos.

Et illud ipsum non aliunde profecto melius, quam ex ipsa religione Pontificia intelligitur, quae quidem ita comparata est, ut, si quis eam dixerit mere *Politica*m, mereque

Sta-

Statisticam, (liceat enim novo hoc vocabulo uti) tum demum digno quodam atque conveniente eam ornaverit elogio. Sane, quod exquisitissimus ille Politicus Italus, *Trajanus Bocalini* de Mahummedanis verissime scripsit, *totam eorum religionem meram esse Politiam & Rationem Status*, ut videre est in ejusd. *Relat. ex Parnass. Cent. II. n. LXVIII. edit. German. p. 4. 2. sqq.* idem quoque certo respectu de Pontificiis summo jure adfirmare possumus. Namque ea ipsa expressam quandam imaginem *Rationis Status* exhibet, quandoquidem in ista omnia ac singula ita sunt conglutinata, ut ad summum Monarcham suum Papam, velut ad unicum centrum colliment, ad cujus utrumque latus & Potentia pendet & Pecunia. Id omnia eorum dogmata clarissime testantur, quando illos articulos, qui curiali & culinari religioni suae inservire videbantur, vel politice adulterarunt, uti factum est articulo *de Scriptura S. de Bonis operibus, de Poenitentia, de Sacramentis in genere, de SS. imprimis Eucharistia* &c. vel ubi Ratio status exigebat, nova etiam placita excluderunt, suamque in religionem receperunt, v. g. *interdictum de Scripturae lectione, item de conjugio clericorum, commentum de Purgatorio, de missis anacivoticis*, & quae sunt alia Romanae Politiae dogmata mere Statistica, quae fere omnia acutissime detexit D. Mayerus in *dissert. de haeresi Pontificia, multum superstitis*, p. 29. sqq. Quam adprime autem ista ad stabiliendum despoticum Pontificis dominatum, augendasque illius opes inserviant, ne monoculus quidem non videt. Quisquis igitur Pontificem Romanum, ejusque hyperaspistas persuadere velit, ut politica haec emolumenta sua missa faciant, iis prorsus valedicant, atque sic cum Evangelicis sese jungant, surdo sane narrabit fabulam, nec meliorem experietur eventum, ac *Tiberius* olim apud Tacitum *Annal. lib. IV. c. 9.* qui, ubi *de reddenda Republica* monebat, irrisui prorsus erat omnibus.

THES. II.

His accedie

maxima eorum
Superbia

&

avaricia,

Quae apud
eos pari passu
ambulant;

Propterea sine ulla ferme haesitatione adfirmare ausim, incredibile Pontificiorum *superbiam & avaritiam* bina esse impedimenta illa, quae nostrae cum iis Unioni perpetuo reluctentur. Dum enim Oecumenicum istum Pontificis sui dominatum eo usque extendunt, ut vere Monarchicum imperium illi adsignent, ac neminem eo superiorem agnoscere velint, prout jam sup. Th. II. ostensum fuit, intolerabilem ferme *μεγαλαυχίαν* suam & arrogantiam satis aperte produnt, sibi que eandem cum Anastasio, Imperatore quondam pessimo, mentem esse, declarant, qui, quotiescunque de nimia tyrannide sua est admonitus, semper, *nos imperare volumus*, respondit, *nobis imperari nolumus*. Quanta autem sit eorum Avaritia, nemini profecto obscurum esse poterit. Namque totius Papisticae religionis centrum est *PECUNIA*, quorsum etiam, sicut in priori jam Thesi mentionem fecimus, omnia dogmata sua pro ea, qua pollent *ὡς τὰ αἰώνια τέτα*, astutia, calidissime direxerunt, uti quidem in primis *χρῆσις* ille *μύθος* de Missa, quae revera Clericorum aurea messis est, itemque de Purgatorio, quod ad purgandam simpliciorum crumenam commodissimum est inventum, sat luculenter testatur. Quapropter Abbas ille haut absone respondit, qui cuidam, quaerenti: *cujus pars Orationis sit Papa?* *Papa*, dixit, *est Participii, quia partem capit de omni Saeculari, cum totius orbis dolore, insignique damno*, uti refert Hortlederus *de causis belli German. Lib. I. cap. 41. n. 53.*

Haec duo igitur inveterata prorsus sunt Romae vitia, quibus quousque illa non valedixerit, cum Evangelicis uniri nullo modo poterit. At enim vero in aeternum iis non valedicet. Quoniam enim sat probe intelligit, non alia certa imperii sui fulcra esse ac munimina, nisi *POTENTIAM* atque *OPES*, summo omnino studio in id juxta incumbit, ut illam conservet atq; confirmet, has vero adaugeat cumuletque, quod quidem fieri non posse, facillime con-
jicit,

jicit, si cum Protestantibus unita fuerit, atque sic Politicis hisce emolumentis suis necessario valedixerit. Quam difficillime autem aliqua ibi sit speranda conciliatio, ubi ab utroque latere & superbia & avaritia vehementer resistunt, notius jam est cuius, quam ut fufius hic sit explicandum. Accedit insuper, veteratoria eorum vafrities atque calliditas. Tam certum enim est, quam quod certissimum, Pontificios, & imprimis Jesuitas, homines ad versutiam prorsus natos, callidissimos ac vere Machiavellicas callere artes, quibus ruentem Pontificis sui sellam vel soli suffulcire queant. Et illud profecto hominum genus totam hanc Unionem non tam impedit, quam plane tollit. Namque omnes animi nervos eo intendit, ut lufcos jamdum adscelas suos penitus excoecet, sub papali jugo perpetuo retineat, Cimmericisque in tenebris suis magis magisque confirmet, quapropter etiam omnem statim occasionem, qua lumen Evangelicum iis forte innotescere posset, praecidit & enecat, omniaque ipsis adminicula eripit, quo minus aliquando ad saniozem Dei cognitionem pervenire queant, uti subdolas ejusmodi machinas acutissime detexit Ascianus in *Comment. eruditiff. de Nervis Ecclesiae Rom.*

THES. III.

PRaeterea quoque vanam ac futilem Unionis illius spem Maximum quoque obstaculum praebet exitiale illud Pontificiorum odium erga Protestantés, sat clare testatur *fervidissimum illud ac fere Vaticanum, quo* περὶ τὸ θεῶν ἰστί *nos prosequuntur, odium, cujus quidem tantus apud eos est cumulus, ut nihil ferme accedere posse videatur, prout infensissimum hunc Papaeum genium graphice delineavit B. Danhauerus* *Illic. & Ob. pac. Eccles. sanct. p. 366. seqq.* Neque enim nefariis illis sycophantis sufficit, ut doctrinam nostram, quam infringere tamen nec potuerunt, nec poterunt unquam, mox pestem, mox virus ac letale venenum, mox exitium ani-

mae.

quod quidem
propriis eo-
rum testimo-
niis,

iisdemque

horribilissimis
comprobatur.

mae &c. compellent, (qualia reperimus elogia apud Bellarm. *praefat. Tom. I. 6. Controv. §. atque utinam &c.* item apud Baron. *Annal. Tom. V. praef. ad Bavar. Ducem*) sed id quoque moliuntur *Φιλοσόδοι* illi homines, ut omnes omnino haereses nobis impingant, quandoquidem apud eos nunc Arriani audimus, nunc Sabelliani, nunc Manichaei, nunc Eutychiani, nunc Donatistae, nunc Nestoriani, ac nescio qui tandem alii. (vid. Bellarm. *de notis Eccl. L. IV. c. 9.*)

At enim vero ut diabolicum suum calumniandi virus plenissimis omnino phialis in nos effundant, nulli prorsus parcunt calumniae, quarum quidem omnium haec longe est teterrima, quando Religionem nostram ipsius quoque Atheismi ac Libertinismi crimine adcusare haut erubescunt. Ita enim Corn. a Lap. *ad 2. Timoth. III, 9. Protestantium religionem abire dicit in Atheismum, eorumque adsecclas Atheos fieri ac Libertinos.* Eadem impietate Guilielmus Rosfeus *de justa Reipublicae Christianae in reges impios & haereticos potestate cap. 4.* contendit, *Protestantium haeresin Mahummedismo & Paganismo deteriorem esse, & quod credant, animas esse mortales, & pejus vivant, quam athei & bestiae, & quod doctrina eorum sit mere belluina, Epicurea & Atheismi plena, & quod Satanam sibi Deum faciant.* (vid. Voetium *select. dissp. Tom. I. p. 190. seqq.* qui plura ejusmodi loca studiose collegit.) O increpet te Deus, o Satan! Anne haec clarissime testantur, quanto illi in nos nostramque doctrinam flagrent odio? Quis igitur aliquam cum iis sperarit conjunctionem? Deus equidem adamantina hominum pectora facillime potest emollire, sed ut nunc sunt tempora, non minori profecto miraculo foret, charitatem in nos Pontificiam experiri, quam leones Danieli ad-blandientes intueri.

THES.

THES. IV.

DEnique nos terrent vestigia. Quotiescunque enim Pontificii aliquam nobiscum pacem & unionem simularunt, eo semper id egerunt animo, ut nobis imponerent, ad suumque Papale jugum nos adlicerent, uti Anonymus quidam in Anglia auctor, *libro*, cui titulum fecit *Fugulum causae*, multis argumentis & exemplis quam solidissime comprobavit. Quamobrem, ubi talia forte pacis confilia fuere inita, quae ad hunc eorum palatum non adeo quidem gustare videbantur, ea semper rejecerunt, eorumque auctores quam vehementissime sunt persecuti. Illi enim, qui inter eos tantarum litium sequestros agere maluerunt, *Georg. Cassander, M. Anton. de Dominis, Andreas Fricius, Georg. Wicelius, Theophilus Bracherus Milletarius*, quam male inter suos audierunt? Idem & aliis quoque factum. *Erasmum*, qui saepe sequestrum hic agere voluit, Bellarminus vocat Semi-Christianum. *Phil. Melancthonem*, qui etiam intempestivam hujusmodi pacem nunquam est meditatus, Anonymus quidam auctor, qui *animadversiones* scripsit ad *Thuanum*, c. II. p. 4. expresse vocat Atheum, propterea, quod *neque calidus neque frigidus, sed tepidus fuerit*. Nec meliorem certe gratitudinis aram erexerunt *Georgio Calixto*, quem, quia etiam ejusmodi conciliationi operam navavit, Jesuitae Moguntini *part. II. Iren. Calixt. c. I. Semi Christianum, doctorem Machiavellicum, & Ecclesiae utopico-Oecumenicae in fide quolibet congregatae Pontificem Max. jure habendum* esse dicunt. vid. *Calovii Histor. Syncretist. edit. postea. p. 70. & 810.* Talem scilicet reportant gratiam a Romanensibus, quae eorum cum Evangelicis conciliationi operam navant.

Multo verius profecto atque prudentius illi sentiunt, qui cum *Josepho Hallo*, Episcopo Exoniensi, & cum *Eduino Sandiso*, Equite Anglicano *Romam* prorsus dicunt *irreconciliabilem*. Ac ne quis forte nimis duriusculum id existimet,

F

ipse

Agmen denique claudit adversus ille Papicolarum genius, qui unionem illam saepe numero rejecit,

ac etiamnum penitus abhorret.

ipse Bellarminus *lib. III. de Laicis cap. 19.* idem illud disertis omnino verbis adfirmat. Omnium vero optime istum Ecclesiae suae genium confitetur Vitus Erbermannus, Jesuita Moguntinus, qui *in dedic. Iren. p. 59. Recte*, inquit, *Josephus Hallus scripsit Romam irreconciliabilem.* Nam magnum chaos inter nos (Papistas) & vos (Lutheranos) firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, nisi amittendo totam fidem catholicam, (quae proxime & formalissime in atoma illa infallibilitate Dei & Ecclesiae fundatur) neque inde huc remeare liceat, nisi exuendo proprio iudicio; aut exorcizando instinctum illum privati spiritus. Anne haec clarissime testantur, Pontificios nec velle nec posse nobiscum conciliari?

Quare de-
mum conclu-
ditur,

optandam
magis quam
sperandam esse

illam nos inter
ac Pontificios
UNIONEM.

Propterea cum ex iis omnibus fat luculenter cognoscamus, quam inutilis & aëria sit omnis spes illa, quae de aliqua inter nos & Pontificios Unione concipitur, necesse sane non est, ut vana ejusmodi pacis spe animum nostrum lactemus & producamus, sed perpetua potius certamina meditemur, quam vel lacum unguem de veritate divina cedamus. Namque in sublimi VERITAS. Ascendere, illis fas est, immo necesse; nobis, descendere, nec aequum nec satis tutum, uti jam olim Gelasius *in Epist. ad Euphem.* loqui amavit. Cum igitur flecti nullo modo possit insignis Romae pertinacia, neque nos de divina veritate, utpote quae nostra non est, ne minimum quidem pilum cedere queamus, aut quidquam largiri de alieno, (uti Melanchthon in Comitibus olim Augustanis oblatae sibi cum detrimento divinae veritatis, concordiae mascule contradixit, qui utinam semper eo mansisset animo!) sub divino Salvatoris nostri vexillo erroribus Pontificiis ἐσπινδον potius πόμεμον & indicemus simul & inferemus, nunquam immemores illius apud Gregor Nazianz. *Orat. I. de Pace: melius esse dissidium, divinae veritatis causa ortum, quam vitiosam concordiam, qua non, nisi cauterizata conscientia perfrui liceat.*

Et

Et haec fuerunt ea, L. B. quae in praesenti hac differ-
 ratione mea, antequam illust hoc Gymnasium cum Alma EPILOGUS.
 Philurea permutarem, proponere volui, non alio certe a-
 nimo, quam ut hoc ipso tempore, quo, paucos post dies
 elapsos, Ecclesia nostra Evangelico - Lutherana JUBI-
 LAEUM suum Bis-Saeculare pia inter gaudia celebrabit
 atque jubila, ejusmodi argumentum eligerem, quod tem-
 pori huic Sacro non esset inconveniens. DEO igitur Ter-
 OPT. MAX. pro concessis ad hoc negotium animi viri-
 bus devotas ago gratias, hoc inprimis die, quo, divina ad-
 sistente Gratia, lucem simul natalem meam denuo redeun-
 tem adspexi: forte fortuna siquidem ita accidit, ut eodem
 hoc die, quo, annis abhinc septemdecim primus hoc uni-
 versum salutavi, primum quoque hoc diviniore studii spe-
 cimen in lucem ederem, & pro coelesti veritate, cui & ad-
 discendae & defendendae totum me sum daturus, primum
 hoc certamen susciperem, quo quidem simul admoner, ut
 Patri coelesti clementissimo pro donatis huc usque &
 corporis & animae viribus gratias persolvam immortales.
 Quodsi vero, L. B. in levidensi hoc specimine meo perquam
 multa (prout nullus dubito) existant, quae minus adcura-
 te, minusque eleganter fuerint exposita, fugitivo, quin &
 benevolo, quaeso, oculo ista adspicias, meoque ingenio,
 nondum exercitato ignoscas velim, utpote qui illa omnia
 hoc solummodo sine contextui, ut disputandi exercitium ve-
 natum irem. *Et fateor, me ex eorum numero esse conari,
 qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt. Unde, si
 aliquid vel incautius, vel indoctius a me positum est, quod
 non solum ab aliis, qui videre id possunt, merito reprehenda-
 tur, verum etiam a me ipso, quia & ego saltem postea videre de-
 bere debeo, ubi profecero, nec mirandum est, nec dolendum, sed
 potius ignoscendum atq; gratulandum, non quia erratum est, sed
 quia emendatum. Nam nimis perverse se ipsum amat, qui
 alios vult errare, ut ipsius error lateat. Quibus Augustini
 (hem quanti viri! quem tamen non puduit talia de se scri-
 bere)*

bere) *epist. VII, ad Marcellianum*, quae *Tom. II.* exstat, verbis, exiguam hanc meam opellam obfigno, hoc unicum devota adhuc mente precatus, ut **DEUS** Ter **OPT. MAX.** summus ille Ecclesiae suae Moderator instans hoc sacrum **JUBILAEUM** felicissimum, faustum ac auspiciatum esse jubeat, atque nos, quoad in Militante hic vivamus Ecclesia, contra omnes divinae Veritatis adversarios spiritualibus armis, totaque coelesti *πανοπλία* potenter instruat, donec tandem, e proeliis bellisque evocati, in Triumphatura optimae Ecclesiae, ubi nullum nec certamen erit, nec celeusma, aeternum illud **JUBILAEUM** coelestia inter gaudia atque juba ovantes celebremus!

Επιτάγματα PRÆSIDIS.

- I. **O**mnia in Papatu si in summam mittas, habes Perversionem in doctrina: Idololatriam in cultu: & Tyrannidem in ecclesiae regimine. Nihil inde mutatum, sed augmenta potius adjecta.
- II. **P**apatus, quantum est, ex rationibus politicis crevit, & munitus est subdolis artibus, ut Basilius Hypereta, sive Pufendorfius, Goebelius, Loeffcherus, aliique demonstrarunt.
- III. **E**ccllesia Romana hodie nullibi est absque Curia Romana. Ubi enim debilitata viderur Papae auctoritas, ibi vires eadem sibi sumit ecclesia repraesentativa in episcopis & archiepiscopis.
- IV. **P**aparum status tribus periodis maxime innotuit. Prima aetas fuit superbiae a Seculo VI. usque ad IX. secunda fuit aetatis potentiae a Seculo IX. usque ad XII. tertia fuit aetatis pecuniae a Seculo XII. usque ad XV. Nulla tamen periodus unquam sola sine altera.
- V. **N**on mirum est, Erbermannum aut alios Pontificios grassatos esse in Biblia Lutherana, cum non pepercerint melioribus

*bus editionibus in ipso Papatu, sed damnarint & castrarunt
textus & notas, quo videantur Indices libr. prohibet. &
expurgat. Hispanici & Romani. fol. A. 1667. ubi p. m. 118. ex
Bibliis. Francos. ad Moen. 1566. impressis, haec sequentia exp-
pungi debuerunt: Filii Dei sumus per fidem. Iustitia nostra
a Deo est per fidem in Christum. Credendo in Christum
remittuntur peccata. Non propter opera liberati sumus
Peccatores sunt omnes. Regnum Dei gratis datur. Sanctus
est solus Deus. Verbo nihil addendum. &c. Legas plura
& obstupeces.*

*VI. Qui ex Pontificiis loquuntur mitius & magis ad verita-
tem, id agunt vel ex convictione animi seria, ut Thomas A-
quinas, Estius, de Dominis, Petri. d. Marca, Launoius, Belgae
& Iansenii discipuli multi &c. Vel ex simulatione subdola,
ut Walenburchii, Dezius, Bossuet, &c. Vel ex confuso indif-
ferentismo & scepticismo; ut capiant alios.*

*VII. Theologia Pontificiorum mystica pharisaismum magis
fovet, quam veram pietatem.*

*VIII. Pontificii consilia Pacis, a G. Calixto data, deriserunt ipsi
vid. Hülsemann im Calixtin. Gewissensw. p. 680. 1499.*

*IX. Aperta erat confessio Calixti Junioris: si propior accessio fi-
eri deberet, Papam prius deponere debere notas anti-chri-
sti & a consueta tyrannide desinere, longe certe melius,
quam D. Joh. Fabricius nuper Helmstadii.*

*X. Indifferentismus, a plurimis hodie defensus, proxima & tri-
ta causa, origo & via est, quod minores & majores ad Papi-
stas transiunt. Indifferentismus vero ad ethnicismum &
atheismum janua est aperta. v. Wernsdorff de indifferent.
Indifferentismum a. gignit negligentia in studio ortho-
doxiae ex Scripturis.*

*XI. Alex. Ostaszowski, nobilis Polonus, qui Lipsiae A. 1692. Pa-
patui nuntium misit, in laeta sua metamorphosi, S. oratione,
vota monastica catenas durissimas daemoniaci mancipii
vocaluit, contra quae tamen in praxi foedissime ageretur.*

*Und das sey auch die Ursache, warum nicht leichtlich ein ver-
ständ*

ständiger Papiste gefunden werde / welcher nicht zugleich ein
 Utheilste sey. v. *Nov. antiqua. A. 1715. p. 64.*

XII. *Igitur cum ipso exclamamus: Roma, speculum crimi-
 num speciale; centrum nefandorum scelerum, vale.*

PRAESES

Respondenti suo Amantissimo

S. D. P.

Rarius accedunt, qui dissertationes publice habendas
 scribant ipsi, ipsique etiam defendere instituant ex-
 plicata. Possent tamen plures, si vellent. Idem om-
 nes audiunt, nec ulli ad interiora praeclusa via est. Atque
 ex sanctissimis SERENISSIMORUM PRINCIPUM
 ANHALTINORUM constitutionibus impositisque legi-
 bus, in omni illo superiorum disciplinarum genere insti-
 tuuntur studiosi Athenaei nostri, quae more in Acade-
 miis consueto omni fide traduntur. Sive enim rerum di-
 vinarum tractationes theologicas spectes, sive linguarum,
 quae orientis sunt, reconditos thesauros rimeris, sive juris
 & doctrinae moralis elegantias saluberrimas desideres, sive
 physices & matheseos amoenitates utilissimas quaeras, sive
 logices ac orationis formandae artificiiis jucundissimis tra-
 haris, sive historiarum exempla luculenta circumspicias,
 non deest ulli Gymnasium, quin apertas & faciles addi-
 scendi rationes idem commonstret. De Te autem, *Meye-
 re suavissime*, id habeo, quod scribam, & omnibus confir-
 mem, talem te fuisse, quales multi ut essent, in votis ha-
 beremus. Praesentem hanc dissertationem ipse conscrip-
 sisti, neque ego, quod publicam in fidem testor, praeter
 unum aut duos auctores, verbum adjeci. Textum & re-
 rum & scribendi modum excitatum, ut tuus est, liqui sine
 immutatione, ut, quo in afferendam divinam veritatem,
 errores contra recundendos sis futurus, & jam consistas,
 ani-

animo, offenderetur. Plura, neque haec ex trivio sumta erant argumenta, quae ad me afferebas, cum indicares publice disputandi consilium. Ex his, expetebas, seligerem, quodcunque arrideret. Admisi praefens, propter tempus, variosque propter exulceratissimi hujus temporis & tristissimos non raro casus exortos tibi elaborandum commendavi. Perfecisti supra, quam a te, jam XVII. annos nato postulari poterat, & relicto adeo monumento, non exiguo, *Lipsiam* discedis. Discessu vero tuo, credas, commoveor, doleoque, turbari istum numerum, quem *tu* & *commilitones quidam* exoptatissimi, & singuli quidem tum genere, tum studiorum praestantia eximii, per aliquod tempus constituistis. Uti vel eratis opposcentes, aut respondentes, semper vos advolasse gavissus sum, ad majora vos eniti omnes laetabor, nec de diligentia remittere ullum. Tuam inter eos suspexi alacritatem, atque in exercitatione promptitudinem. Ingenio enim te summum Numen instruxit facili, eodemque in inveniendis tractandisque argumentis copioso. Nec judicii dexteritas tibi deest in seligendis rebus, & suo quodque loco digerendis, tum ornate clare ac distincte proponendis. Ebraea juxta ac Graeca impense adamas, quod novis, ad investigandam veritatem illa maxime exposci. Latina in promptu habes, & naturali quodam flumine hac lingua edisseris cogitata. Quo progressus sis in sanctiori rerum divinarum studio, praefens argumentum, atque ejus defensio, his diebus suscipienda, testari queat. In his omnibus aliisque versaris industria & cura prorsus singulari & paucis alias consueta, ipsasque diebus noctes adjungis, corporis licet vires non semper videantur suffecturae. Et, quod primo loco ponendum erat, jungis coepta ubique tua cum seria pietate morumque sanctimonia, rariore isto juvenum ornamento. Perspicis enim, hoc magis te certum esse de divina gratia, neque impedimenta adeo poni mediis modisve, quibus utitur Spiritus Dei sanctissimus.

Distin-

Distinguis fidem & vitam, doctrinam & exemplum, sed non
 distrahis aut separas. Dicere enim & non facere, verbis con-
 fiteri & factis negare, simulatorum, id est pessimi generis ho-
 minum notam recte dicis esse. Omni adeo ex parte prae-
 paratus abis in Academiam patriam, & futuro etiam tempore
 ceteras non es praeteriturus. Lipsiam adis, illum Misniae
 ocellum, ad urbem, religionis sanctitate, & morum elegantia,
 & amplitudine commerciorum, & agrorum hortorumque
 fertilissima amoenitate, & oblectamentorum copia affluen-
 tem & celeberrimam, sed delicias tuas te quaesiturum novi
 ex virorum eruditissimorum frequentia, praeceptionibus
 & doctrina, tum librorum tractatione non intermissa. Tuis
 tamen, suadeo, aliquando interponas quidpiam, quo ex labo-
 re honeste recreari possint animi vires. *Ita enim serviendum
 est Deo, ut diutius, si voluerit, ipsi queamus servire, quod mo-
 nuit quodam suo loco decus olim Lipsiensium theologorum
 Geierus.* Gratulor vero optimis PARENTIBUS de filio
 optimo, & ad decus, praesidium & ornamentum nobilissi-
 mae Familiae nato. Gratulor Viro Consultiissimo, Consuli
 urbis hujus primario, patrono & fautori multis mihi nomini-
 bus aestumatisimo, PATRI, quod in filio conspiciat nominis
 Meyeriani, maxime vero, divini honoris amplificatorem.
 Servet ipsis Deus hoc gaudium, expleat vota, confirmet om-
 nium ex parte incolumitatem, atque annos addat annis, tum
 singulis felicitatem adjiciat, & clementissime tueatur. His
 Te votis prosequor, MEYERE DILECTISSIME, his te
 comitabor abeuntem, iisdem inhaerebit mens devota, cau-
 sa tui, ubicunque locorum fueris commoratus Non discedes
 de via Domini: non mutabis mentem: pietatis & industriae
 studio non te patieris evocari: operaberis Deo & ecclesiae,
 ita fortunabit te Deus in ecclesia bonis & ex-
 ornabit summis.

T A N T U M.

Aug VI 49 (1)

ULB Halle

3

001 853 821



5b.

VD 18

VD 17

Retro /



כ"ח

EIPHNΟΠΟΙΗΣΙΣ ΚΕΝΗ ΚΑΙ
ΜΑΤΑΙΑ ΔΕΔΗΛΩΜΕΝΗ

SIVE
DIATRIBE THEOLOGICA

HOC EXPENDENS PROBLEMA:

UTRUM INTER ECCLE-
SIAM NOSTRAM EVANGELI-
CO-LUTHERANAM & RO-
MANO-PONTIFICIAM

ALIQUA SIT SPERANDA CONJUNCTIO?
QUAM

SACRO-SANCTA ADSPIRANTE TRIADE
SUB PRAESIDIO

DN. CHRISTIANI REUTERI,

SS. THEOL. DOCT. EIUDEMQUE PARITER AC METAPH.
PROF. PUBL. ATQUE AD AED. SS. TRIN. PASTORIS.

DOMINI PATRONI AC PRAECEPT. SUI

τιμαλφεσάττ, εντικισάττ

AUCTOR DEFENSURUS

ADOLPHUS FRIDERICUS MEYERUS,

LIPSIENSIS, SS. THEOL. STUD.

PUBLICAE PLACIDAEQUE Θεολογικων συζητησεων

H. L. Q. C.

EXCUTIENDAM SUBIICIET,

A. D. XXVI. OCTOBR. ANNO clc lxxvii

Quo devoti & grati exclamamus:

Hoc anno IVBILEMVs Deo pro LVthero.

ERVESTAE, Typis JOH. FRID. ERNESTI, Illust. Gymn. Anhalt. Typogr.

Ad acessionem
perco capite
tertia has de
fides, ab h
Johann Salu
Hoy. H. H. H.

